



Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

5 Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Prov.
5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

sunt plurima, ibi frequenter egestas:
multa loquuntur, & non nisi ventos
proferunt, nec enim ibi argentum cres-
cit, ubi fœminæ seminant verba, de qui-
bus multis dici potest id, quod quidam
sanctus Pater dixerat de sui temporis
muliere: *hujus in ore omnis suppellex.*

REGULA QUINTA.

*Sit vena tua benedicta, & latare
cum muliere adolescentie tua.
Prov. 5.*

PARAPHRASIS.

*Ut Deus benedicat tuam lineam seu de-
cendentiam, & ut cumulus felicita-
tum in tuam domum defluens non
arescat, nullibi quere tuam satisfa-
ctionem & quietem, quam cum mu-
liere, qua tibi est selecta, & quam tu ip-
se in tuis juvenilibus annis elegisti. Ut
illa & tua proles sint deliciae, & ne
horum conversationes sint catena tui
cordis, tibi quotidiè novas compla-
centias, & novas consolationes animi
causando.*

H 5

Deni

178 *Consilia Sapientiae,*
Denique conformate inventionibus Cur-
toris, dum matrimonium instituen-
tum est. *Mulier*, *Quare hanc felicitatem, si est pos-
sible, & conare eam obtinere, ut om-
annis, qui ordinariè causant remis-
nem amoris in familijs & domi-
tus è contravigis crescat, & mo-
stabilitatur, ita ut diutius quam ipsa
tempus dures, immo adhuc post mortem
vivere queas.*

REFLEXIO.

UT amicitia conjugalis sit constans
non est necesse, ut omnia pulchra
quæ uxor possidet, sint immortalia,
necesse est, ut omnia quæ immortalia
possidet, sint pulchra & amata digna.

Si sollicita est pro decoro suæ animæ
& si tantum fortitudinis habes ad cognoscendam ejus animam, & firmitatem
eam oculis tuis perlustrandam, non
quam unius alteri tædio erit. Quam
enim tua virtus durabit, tamdiu tu
complacentia non finietur.

REGULA SEXTA.

*Mulier, si primatum habet, contrahat
est viro suo. Eccl. 25.*